4488 ad Brixiam nuper rep. in opus posita sepulchri aetatis Constantinianae una cum nummis Constantini I et lucerna vasculisque BIANCHI 1780. *Trovata in un campo vicino alla Fiera di ragione del Sig. Andrea Caldera e da esso donata al museo* IOLI.

/ / / / / / / / / / / / / / / / / /
QVI · ET · MANNVLI
sic ET · VAERIAE APRILLAE · C
VALERIVS · PRIMITIVS
PARENTIBVS · BENE
MERENTIBVS · ET · SIBI
ET · CONIVGI · SVAE
ACVTIAE · VRSAE
QVI · LEGAVERVNT
sic COLL · FABRIS · E · CENT
HS N II · ET · OC · AMPLIV
TABERNAS · CVM · CENAC
COLL · CENTONARIORVM
QVAE · SVNT · IN · VICO · HERC
PROFVSIONES · IN · PERPTEV
PER · OFICIALES · C · CENT
QVOD · MI VOLVPTATI · SATI
NON · FECERIT · IVBIO
sic CASTELLVM · ABERE INGENAN
sic QVAE RDDVNT D CC VT
EX D C·PROFVSIO·NOBIS·FIAT·ET·EX
D C TVTELAM TABERVM SS

Contuli. Aricius in suppl. ad Arragonensem n. 502; Isidorus Bianchi, quem accepisse ab abbate Turbini constat ex epistula eius ad Brognolium d. 6 Dec. 1799 inter miscellanea huius, tractavit in *antologia Romana* a. 1780 (Romae 1781. 4) p. 52 (inde Henzen 7201) et apud Alleganzam *opuscoli eruditi* p. 320; Ioli cat. mus. f. 17.

Supra non plus deest quam unus versus vel duo.

[*D. m. Valerii* .....], *qui et Mannuli, et Va*[*l*]*eriae Aprillae. C. Valerius Primitiv*(*u*)*s parentibus bene merentibus et sibi et coniugi suae Acutiae Ursae. Qui legaverunt coll*(*egiis*) *fabris* [immo *fabrum*] *et cent*(*onariorum sestertium*) *n*(*ummum duo milia*), *et oc ampliu*(*s*) *tabernas cum cenac*(*ulis*) *coll*(*egio*) *centonariorum, quae sunt in vico Herc*(*ulio*), [*ut inde fiant* supple] *profusiones in perpetu*(*um*) *per oficiales c*(*ollegii*) *cent*(*onariorum*) *Quod* [*si* supple] *mi uoluptati* [immo *meae uoluntati*] *sati*(*s*) *non fecerit, iub*[*e*]*o castellum abere Ingenan*(*orum?*). *Quae r*[*e*]*ddunt d*(*enarios*) *CC, ut ex d*(*enariis*) *C profusio nobis fiat et ex d*(*enariis*) *C tutel*[*a*] *taber*[*nar*]*um s*(*upra*) *s*(*criptarum*).

4489 arca magna Brixiae in monasterio *del Carmine* ROSSI. Inde dono Petri Causini venit in museum.

VALERIAE · VRSAE · QVAE · VIXIT·
MECVM · ANNOS · XXX · MEN · III · D · VIII·
QVAE · COLL · FABROR · AGELLV AESEIANVM · SVVM
MANCIPAVIT · SE · VIVA · EX · DEMID · PORT · SVA · S · S · ITA · VT · EX · RED
ITVM · EIVS · DE · AGELLI Q·A · SILIE · CONIVGI·SVO·ID EST PRI·K·MAR
DIAE · NATALIS · EIVS · ITEM · PR K MAR DIAE · NATALIS · SVI · SING
EX · X L... PER · MAGISTROS CELEBRENT ITEM DIEBVS · PARENTALIO
RVM · E · ROSALIOR · IN · SING EX X X/V /VOBVS IN PIIPETV/RENT
ITEM QVAET · COLL FARMAC PVBLICOR AGELLV //IVE/IANV
SVVM · MANCIPAVIT · SE VIVA · VT · EX · REDIT · EIVS · DE · AGELL Q·A
SILIE·CONIVGI·SVO·ID·EST·VIII·K·NOV·DIAE·NATAL·EIVS·ITEM·PR K·MAR
DIAE · NATALIS · SVI·VT·EX·X·L·PER MAGISTR·CELEBRENTVR·ITEM·DIEBVS
PARENTALIOR · E · ROSAL · IN SING · EX · X XXV · IN · PERPETVM · FIERINT

laterculus non scriptus

M VLPIVS
FORTVNI
VS · CONIV
GI · CASTI
SIMAE

Contuli titulum lectu difficillimum. Habent Rossi p. 268 (inde repetiverunt imperfectam Mur. 517, 6 et Gnocchi ms. p. 49); Ioli cat. mus. f. 66.

Valeriae Ursae, quae vixit mecum annos XXX men(*ses*) *III d*(*ies*) *VIII. Quae coll*(*egio*) *fabror*(*um*) *agellu*(*m*) *Aeseianum suum mancipavit se viva ex demid*(*ia*) *port*(*ione*) *sua s*(*upra?*) *s*(*cripta*) *ita, ut ex reditum eiusde*(*m*) *agelli q*(*uot*) *a*(*nnis*) *silie coniugi suo id est pri*(*die*) *k. Mar.* [[debuit esse VIII k. Nov.]] *diae natalis eius, item pr. k Mar. diae natalis sui sing*(*ulis*) *ex* X *L per magistros celebrent*(*ur*); *item diebus Parentaliorum et Rosalior*(*um*) *in sing*(*ulos*) *ex* X *X*[*X*]*V* [*pr*]*o*[*f*]*us*(*iones*) *in p*[*er*]*petu*(*m*) [*fie*]*rent. Item quae* [*e*]*t*(?) *coll*(*egio*) *farmac*(*opolarum*) *publicor*(*um*) *agellu*(*m*) ... *iue.ianu*(*m*) *suum mancipavit se viva, ut ex redit*(*u*) *eiusde*(*m*) *agell*(*i*) *q*(*uot*) *a*(*nnis*) *silie coniugi suo, id est VIII k. Nov. diae natal*(*is*) *eius, item pr. k. Mar. diae natalis sui ut ex* X *L per magistr*(*os*) *celebrentur, item diebus parentalior*(*um*) *et rosal*(*iorum*) *in sing*(*ulos*) *ex* X *XXV in perpetum fier*[*e*]*nt.*

Haec sane non omnia recte cohaerent; ita v. 4 *supra scripta* non habet quo referatur, dies autem natalium v. 5. 6 et v. 11 aperte postea inserti sunt et 5 quidem male, denique v. 12 *ut* abundat. Sed talia ferenda sunt in eius generis titulis sequioris aetatis plebeiis. — 5. 11 *siliae* mihi videntur esse epulae mortuariae notae sub nomine silicernii, quod vocabulum recte iam antiqui derivaut a silendo. — 8 fin. difficillime legitur nec fortasse errorem vitavi; immo ubi excepi /VOBVS, iam crediderim in lapide esse fuisseve PROFVS. Supplemento spatium ita sufficiet, si sumemus scriptum fuisse FIERENT.

4490 Bidizzolis in pariete sacelli campestris SS. Viti et Modesti.

A
VI · VIR · Aug
Q · VIBIO
VI · VIRO
Q · VIBIO · AC
VIRO · AVG
VIBIAE · PRETI
Q · VIBIO · VIBIANO
VIBIAE · EPVLAE
VIBIE · NEP

Servavit Continuator. Habent Corsinianus n. 195; Mediceus n. 242; Arragonensis ms. n. 182 = 30; Totti p. 62 n. 176; Vinaccesi p. 313 (inde Mur. 758, 4); Gnocchi ms. p. 34 (inde Donat. 95, 8) omnino ex Vinaccesio.
7 sic Cors., PRAET Med., PREPI Totti, PREP Arr. — 11 VIBIAE Med.

4491 Brixiae in hortis Malatestae Gaitano SONC., apud Pavonios ORMAN. VINACC. GNOCCH. Iidem dederunt museo.

COLLEGIVM
CENTONAR
C · VIBIO · IVSTO · ET
C · VIBIO · BVRDON
VI VIRO · AVG

Contuli. Habent Soncino ms. f. 9; Ormanico ms.; Vinaccesi p. 257 (inde Mur. 513, 5); Gnocchi ms. p. 46; Ioli cat. mus. f. 12.

4492 Brandici ad ecclesiam S. Magdalenae ARR. Ex Brandico a. 1743 delata Veronam in museum MAFFEI; ubi est n. 362. — Sine loco TOTT.

C · VIRACIO
LONGINO
VI · VIR · VERON
ET · SALIO · ET
QVINTIAE · P · F · QVINTAE
C · VIRACIVS QVINTIN...

Contuli. Habent Arragonensis ms. n. 43, ed. n. 53 et quae inde pendent Tottiana add. p. 109 n. 324 (inde Vinaccesi p. 318; ex eo Mur. 758, 3) et Rossi p. 270 (inde Fabrett. 116, 296; Mur. 173, 6). Maffeius memorat in epistulis ms. ad Mazzuchellium (bibl. capit. Veron.) d. 1742 Oct. 6 Nov. 23 Dec. 6 et 1743 Aug. 22 et 1744 Iun. 21, ed. M. V. 115, 5 (inde Donat. 81, 5). Gnocch. ms. p. 30.